

PROGRAMM

des

k. k. Staats-Obergymnasiums

in

18855

BIELITZ

für das Schuljahr 1874/75.

Bielitz

[1875 - 1890]

Inhalt:

- 1 Nonnulla ad enarrandam Q. Horatii Flacci epistolarum lib. I, 18. Scripsit E. Brand.
2. Beobachtungen der meteorologischen Station in Bielitz. Von K. Kolbenheyer.
3. Schulnachrichten vom Director.
4. Rechenschaftsbericht des Franz-Josef-Unterstützungs-Vereines.

Bielitz, 1875.

Im Verlage des k. k. Staats-Obergymnasiums.

Druck von E. Klimek, Bielitz.





Ry. URW. spr. 4

Nonnulla ad enarrandam

Q. Horatii Flacci

epistolarum lib. I. 18.¹⁾

Omnibus in rebus temeritas in assentiendo
turpis est. Cic. de div. I. 4. 7.

§ 1.

De arte critica nonnihil.

Cum Lehrsio, qui habet persuasum, artem criticam, quae sic sit comparata, ut id, quod quis, eadem usus rectissime, effecisset, acciperetur oporteret ab omnibus eiusdem artis peritis et probaretur — omnino esse nullam²⁾, cum Lehrsio, inquam, tantum fecerim, quantum faciendum esse putares, ut mihi dicere liceret, fortasse non esse multos — quid dico, non esse multos: potius esse paucissimos — eius generis criticos: nullo pacto concesserim, talem artem criticam omnino esse nullam. Exstet oportet ars critica, quae sic sit constituta, ut, si quis, eadem usus recte, ut dixi, hoc vel illud animadvertisset, haec ab omnibus eiusdem artis non ignaris probarentur necessario. Velut si contenderit, hoc a poëta obscurius esse dictum, hic turgere eundem, illic serpere quasi nimis humi: omnes eiusdem artis non nescios illi assentiri necesse est. Quae ars critica talis esse debet, ut neget tantum, aliquid esse factum pulchre, recte, bene („negative Kritik“): quae ars critica et valet et valet non solum in artibus litterisque sed etiam in omnibus rebus humanis neque valere desinet.

Alia res est, si desinis negare, poscere si incipis, hoc ut sic fiat, illud sic („positive Kritik“); quae ars, mea quidem sententia, haud recte vocatur critica: immo est quodam modo poëtica. Ars critica non nisi de rebus factis — habent sua facta artes litteraeque — ars

¹⁾ Confer quae disputavi de Horatii satirarum atque epistolarum discrimine in eo libro, qui inscribitur: „Programm des k. k. Ober-Gymnasiums in Czernowitz“. Czernowitz 1874.

²⁾ „objective Kritik.“ Die es nicht gibt.“ (Q. Horatius Flaccus. Mit vorzugsweiser Rücksicht auf die unechten Stellen und Gedichte. Herausgegeben von K. Lehrs, Professor in Königsberg. Leipzig 1869. Vorrede p. VI.)

poëtica non nisi de rebus faciendis est adhibenda. Unde fit — hinc illae lacrimae — ut, si quis vir doctus nullaque superstitione captus — habent suas superstitiones viri docti — dixerit, hic vel illic librorum traditorum existere difficultates, facillime assentiaris illi: si contra pronunciaverit illud 'Crediderim poëtam hoc scripsisse', iam non facile cedes eidem. Cur tandem? Incipit nimirum ille vir doctus ipse fieri poëta. Poëtis quae debentur, nondum probabimus, nostro iure examinabimus, retractabimus denuo: quae criticus effecerit ille, de quo cogito, prorsus erunt probanda. Itaque est, quo procedere liceat sic, ut applaudaris ab omnibus artis criticae non rudibus: quo si perveneris, honestissime quiesces vel, ut ait Horatius (Epist. I. 1. 32.),

„Est quadam prodire tenus, si non datur ultra“

Ribbeckio, si credit, Horatii epistolas, sic ut ipso censore typis exscriptae sint, non detrimento fore litteris studiisque Latinis¹⁾, concesserim tantum, quantum concedendum esse duceres, ut contendere possem: neminem sanum, in Horatii scriptis multum et saepe versatum, nulla nec docta nec indocta superstitione captum, detrimentum esse capturum ex Horatii epistolis a Ribbeckio vulgatis. Unus certe detrimentum capiet: Ribbeckius. Etenim si quis dixerit, ex doctorum virorum erroribus disci posse nonnihil, non negaverim: hoc non concesserim, critici generis errores ei, qui delinquat saepius, multae esse laudi. Cui non venit in mentem illud (A. P. 347 sq.):

„Sunt delicta, quibus ignovisse velimus:

.
qui multum cessat, fit Choerilus ille,
Quem bis terve bonum cum risu miror.“

§ 2.

Etenim mirum in modum epistolarum lib. I. 18. doctus edidit*) Ribbeckius. Horatiana e CXII, Ribbeckiana ex XXXII tantum constat versibus (1—20, 89—91, 93—97, 100—103). Contra post v. 20

¹⁾ „Mir scheint die Wissenschaft des classischen Alterthums nicht gefährdet zu sein, wenn neben den die diplomatische Grundlage feststellenden Ausgaben auch Texte geformt werden, welche der zwingenden Gewalt innerer Evidenz (?) mehr gehorchen als äusserlichen Zeugnissen von unsicherer Auctorität. (Des Q. Horatius Flaccus Episteln und Buch von der Dichtkunst mit Einleitung und kritischen Bemerkungen. Von Otto Ribbeck. Berlin 1869. Vorwort p. III.)“

²⁾ l. c. p. 33 sq. Accedunt 'Kritische Bemerkungen' p. 154 sqq.

tale quod excidisse statuit¹⁾): „Suam quemque habere naturam oppones, suos quemque mores, quae ceteri respicere debeant. At si suam quisque naturam, nulla ratione habita, valere vellet solam: hominum societas omnino esset nulla, quae in eo esset posita, ut tu te accommodares ceteris. Quod nisi feceris, non amaberis nec amabis.“ Ne irascerentur videlicet vatis manes, reliquos huius epistolae versus non prorsus ejecit, immo alios alii tantum epistolae pro sua liberalitate dedit. Velut v. v. 104—112, qui de Digentia rivo et Mandela pago agunt, id quod iam diu suasit, ut ait, eiusdem viri docti doctus discipulus Luetjohannius, tribuit epistolarum lib. I. 16 — ‘hac in re scilicet una Multum dissimiles’, quod alter, Luetjohannium dico, eosdem versus post v. 16., alter post v. 79. lectos vult, ‘at cetera paene gemelli.’ Epistolae enim XVI. propositum est, aiunt, ut scribatur ‘forma loquaciter et situs agri.’ Versus 21—88, mutatis — ut opinatur — mutandis, largitur Ribbeckius epistolae XVII, in qua praecipitur, ‘quo pacto deceat maioribus uti.’

Non disputabo, utrum ferri possint epistolarum lib. I. 18. versus ibi, ubi sunt positi a Ribbeckio necne. Quia hic lusus fere puerorum nihilque facit ad rem. Etenim non simplex nec una est natura poëtarum; variare potest unus idemque poëta unam eandemque rem. Horatius potuit idem plus quam semel loquaciter scribere formam situmque agri. Loquitur idem de suo agro satirarum lib. II. 6. 1 sqq.:

‘Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus
Hortus ubi et tecto vicinus iugis aquae fons
Et paulum silvae super his foret. Auctius atque
Di melius fecere. Bene est. Nil amplius oro.’

Non dubito, quin Ribbeckius et Luetjohannius, si velint, invenire possint versibus modo citatis suum quasi locum in epistolis.

Horatius potuit etiam plus quam semel praecipere, ‘quo pacto deceret maioribus uti’. Itaque errare mihi videntur ii, qui dicunt, aut id, quod est traditum, scribere potuisse poëtam aut nihil, non minus quam ii, qui sibi videri videntur, non alio modo scribere potuisse poëtam, quam ipsos, criticos dico, animis informare sibi. Non nascetur ille homo, qui certos fines designare possit vero vati: terminos a criticis constitutos transiliet ridens, non invita Minerva, vates. Sed redeo ad propositam

¹⁾ „du wirst sagen, Jeder hat einmal sein Temperament und seinen Charakter, auf dessen Anerkennung von Seiten Anderer man Anspruch hat. Aber wenn Jeder schroff und engherzig im geselligen Verkehr seine Natur geltend machen wollte, so würde alles Behagen an einander aufhören, welches verlangt, dass die verschiedenen Elemente sich freundlich mischen und der Einzelne der Stimmung der Mehrzahl sich gefällig zu accomodiren wisse. Ohne das giebt es nur Reibungen und gegenseitiges Misfallen: oderunt hilarem tristes“ I. c. p. 158,

§ 3.

Q. Horatii Flacci epistolarum libri I. 18.

Horatius, nihil praefatus, ad rem aggreditur ipsam¹⁾ incipiens:

‘Si bene te novi, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis speciem praebere, professus amicum.’

Hac in re distat epistola, de qua agitur, a proxima, quam exempli causa cito, in qua, antequam praecipit, praecipienda veniam petit.

‘Quamvis, Scaeva, satis per te tibi consulis et scis,
Quo tandem pacto deceat maioribus uti,
Disce, docendus adhuc quae censeat amiculum, ut si
Caecus iter monstrare velit; tamen adspice, si quid
Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.’

(Epist. I. 17. 1 sqq.)

Confer epist. lib. II. 1 sqq. ‘Cum tot sustineas’ et q. s.

Contra in epist. lib. I. 2. nihil dicit ante rem:

‘Troiani belli scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romae, Praeneste relegi,
Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.
Cur ita crediderim nisi quid te detinet, audi.’

Cur ita fecerit, cur, ad Julium Florum, ad Augustum scribens, inceperit se excusans, ad Lollium, praecipiens sine fuco ac fallaciis — facillime explicabis, si dixeris, homine alio alio modo uti Horatium, consuetudinem et usum Augusti Flori distare nimirum a Lollii consuetudine et usu. Augustus certe fuit — Augustus; Florius videtur is fuisse, cui non, ut ait alibi (sat. II. 5. 9.), missis ambagibus praecipere potuerit, Lollius contra amicus videtur fuisse aut minor natu aut certe par et aequalis. Quod fugisse videtur interpretem quendam veterem²⁾, si re vera habuit persuasum, quas epistolas habemus duas,

¹⁾ Conferri potest quodam modo Platonis dialogus, qui inscribitur ‘Cratylus’, in quo aliter ac in eiusdem ‘Phaedro’ — quos dialogos exempli causa cito — statim disputare incipiunt, qui colloquantur, nullo prooemio facto.

²⁾ Etenim legitur: „1. Si bene te novi. Aliud praecipit quo monet fugiendam vel levitatem adsentatoris vel e contrario amaritudinem resistentis in omnibus et dicit in utroque mediocritatem esse servandam. Por.“

„Quamvis, Scaeva, satis. Ad Scaevam Lollium equitem Romanum haec epistula scribitur in qua dum artem obsequendi amicis maioribus monstrat Horatius“ et q. s. Por.“

Itaque verba, quae Porphyrius nomen prae se ferunt, re vera sic accipienda esse videntur — praesertim si contuleris, quae eiusdem Porphyrius leguntur initio ceterarum epistolarum, id quod feci — ac si crediderit ille interpretes vetus, in epistola, quam nos habemus lib. I. 18., alia tantum nova praecipere Horatium ei, quem idem interpretes Lollium vocat Scaevam.

lib. I. 17. et 18., esse unam, scriptam ad Lollium quendam Scaevam, commotus eo quoque, quod in utraque, ut dixi, epistola praecipitur quodam modo, 'quo pacto deceat maioribus uti': quamquam a Scaevae natura, vita, moribus distant satis multum eadem Lollii, ut monui supra (de Horatii satirarum atque epistolarum discrimine p. 34 in fine).

Tertia causa, quae adducere potuit interpretem quendam veterem, ut de epistolis loquatur duabus, quasi essent una eademque, est, quod singula praecepta non verbis coniuncta sunt expressis. At quid veteris cuiusdam interpretis error ad nos!

Itaque praecipit Horatius Lollio, ne, dum velit esse amicus, scurra sit neve¹⁾ — id quod scurrae contrarium vitium — nimis asper, quamquam non ita timet, ne sit scurra, quam ne videatur esse nimis litigiosus. Quorum uterque describitur (1—20).

Describitur, inquam, scurra primum, ut 'in obsequio plus aequo pronus', deinde ut 'imi derisor lecti' — qua cum locutione, si componendi viam ac rationem respexeris, apte comparabis, mea quidem sententia, Germanorum 'Winkelschreiber' id est, proprie si dices, qui scri-

Legitur contra: „Metues lib. Lol. Hic Lollius etiam ad consulatum per- venit merito virtutis et beneficio Caesaris. Acr.“ Quae si contuleris, concedes fortasse, ne interpretes quidem veteres consentire hac in re. (Scholia Horatiana quae feruntur Acronis et Porphyrii post Georgium Fabricium nunc primum emendatiora edidit Franciscus Pauly Ph. Dr. Gymnasii Academici Professor. Volumen II. Adiecti sunt indices scriptorum et rerum et verborum. Pragae A. MDCCCCLVIII.

¹⁾ Conferri potest quodam modo ille Ciceronis locus, ubi praecipitur, orator ut sit salsus, facetus, etiam dicax, minime vero scurrilis. 'Est plane oratoris (ad Horatii ep. l. I. 18. spectans mutatis poteris dicere mutandis: esse plane amici) movere risum; vel quod ipsa hilaritas benevolentiam conciliat ei, per quem excitata est; vel quod admirantur omnes acumen uno saepe in verbo positum maxime respondentis, non nunquam etiam laessentis; vel quod frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat; vel quod ipsum oratorem politum esse hominem significat, quod eruditum, quod urbanum, maxime quod tristitiam ac severitatem mitigat et relaxat odiosasque res saepe, quas argumentis dilui non facile est, ioco risuque dissolvit. Quatenus autem sint ridicula tractanda oratori (etiam amico), perquam diligenter videndum est vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut inimicus. Quae cuiusmodi sint (docet exemplo Caesar). Pusillus testis processit. 'Licet', inquit, 'rogare'? Philippus tum quaesitor properans 'modo breviter'. Hic ille 'non accusabis: perpusillum rogabo'. Ridicule. Sed sedebat iudex L. Aurifex brevior ipse quam testis etiam: omnis est risus in iudicem conversus; visum est totum scurrile ridiculum Temporis igitur ratio et ipsius dicacitatis moderatio et temperantia et raritas dictorum distinguet oratorem a scurra, et quod nos cum causa dicimus, non ut ridiculi videamur, sed ut proficiamus aliquid, illi totum diem et sine causa.' Cic. de or. II. 58, 236 sqq.

bit, in angulo fere sedens —, tum ut 'nutum divitis horrens', de quo paulo post disputabitur, denique ut 'iterans voces et verba cadentia tollens'. Etenim non multum interest inter 'iterat voces' et 'verba cadentia tollit'. Hoc forsitan interest, quod iterat scurra, quae fortasse digna sint, quae iterentur, at tollit idem, quae certe non digna sint, quae iterentur.

15. Alter rixatur de lana saepe caprina Propugnat nugis armatus] Bentleium ¹⁾) neque minus eos, qui ante ediderunt Horatium quam eos, qui postea eiusdem epistolas tractarunt, in his Ribbeckium ²⁾), offendit hic versus ut 'hiulcus et inconnexus'.

Unusquisque animadvertere debet, conferri et componi scurram et hominem litigiosum. Scurrae esse dicit 'horrere, iterare et tollere', litigiosi hominis 'rixari, propugnare'. Itaque verum non est, quod placuisse videtur Ribbeckio, derisori — ut ait — opponi rixatorem, et, si hanc inconcinnitatem quidem nominare volueris, quod illi 'horret iterat et tollit' respondeat tantum 'rixatur, propugnat', habebis fortasse inconcinnitatem. Fortasse, inquam; etenim, si illud 'iterat et tollit' acceperis, ut ego supra, quasi sit unum idemque: illa inconcinnitas omnino nulla erit. Quare neque cum Bentleio scribes 'et Propugnat' neque cum Ribbeckio censore 'rixator'. Atque illud 'propugnat nugis armatus', quomodo e Latino convertes in Germanum? Nonne: 'Er kämpft für Kleinigkeiten — bis an die Zähne in Waffen'? Etenim nugae sunt, ut ait ipse poeta ('Ambigitur quid enim'), 'Castor sciat an Dolichos plus; Brundisium Minuci melius via ducat an Appi' Opponitur videlicet salse nugis — armatus.

Itaque cur cum Ribbeckio legendum sit 'propugnat nugis animatus' illius loco, quod vulgatur, 'propugnat nugis — armatus', me-

¹⁾ 'Nostri omnes codices cum editionibus priscais „Alter rixatur de lana saepe caprina, Propugnat nugis armatus“. Quae cum hiulca et inconnexa editores merito offenderent, Muretus coniectura dedit, „Alter rixator“. Cruquius ex duobus, ut ait, codd. „Alter rixatus“. Nos addita coniunctione, quae in fine versus, si salvo fit metro, facillime solet excidere, sic locum refinximus, „Alter rixatur de lana saepe caprina, et Propugnat nugis armatus.“ Neque enim nomen Rixator apud quemquam veterem reperimus; nec Rixatus admittere potuimus sine laeae sententiae; quae, si participio opus foret, Rixans omnino postulat, temporis praesentis.' (Q. Horatius Flaccus, ex recensione et cum notis atque emendationibus Richardi Bentleii. Tomus posterior. Editio tertia. Berolini. Apud Weidmannos. MDCCCLXIX p. 61 sq.)

²⁾ „alter rixator (mit Muret) . . . propugnat nugis animatus, nicht, wie in den Handschriften steht, armatus. Dass der rixator (entgegengesetzt dem derisor v. 11) durch Nichtigkeiten in Athem versetzt, und muthbeselt oft de lana caprina sich in einen Kampf einlässt, war zu sagen. Seine Waffen, auf die es indessen hier überhaupt nicht ankommt, sind grobe Worte, nicht Possen: nugae sind sein Kampfobject.“ l. c. p. 155.

cum non videbis. Unum etiam, quod addam, habeo: Poteras illud 'propugnat nugis armatus' sic quoque interpretari: 'er ficht mit dem Flederwisch', ut primum illud 'propugnat' idem fere esset, quod 'pugnat', deinde ut 'nugis' penderet non ex 'propugnat', sed ex 'armatus', tum ut nugae essent, quae sequuntur: 'ut non Sit mihi prima fides et, vere quod placet, ut non Acriter elatrem? pretium aetas altera sordet?' Si verum dicere licebit, dicam illud: 'Utrum placet sumite'.

At quid sibi velint omnino hoc loco versus, qui sequuntur, 21—36, quaerit Ribbeckius, vel potius prorsus negat, eos attinere ad Lollium. Minime credendum est, ait, Lollium fuisse umquam cuiusdam principis comitem, velut Horatium, hominem et literatum et pauperem. Minime credendum esse aio Ribbeckio, qui nobis imponere velit, ut credamus, Lollium nunquam fuisse cuiusdam principis comitem doctum. Etenim unde scit, Lollium non fuisse hunc vel illum? Accedit, quod ne verum quidem est, esse cogitandum non nisi de comite paupere, et prorsus falsum, ex verbis 'poëmata panges' (v. 40) colligi posse, Lollium non nisi poëtam fuisse. De quo sic loquitur Horatius (50 sqq.):

'praesertim cum valeas et
Vel cursu superare canem vel viribus aprum
Possis. Adde, virilia quod speciosius arma
Non est qui tractet¹⁾ et q s.
interdum nugaris rure paterno.
Partitur lintres exercitus, Actia pugna
Te duce per pueros hostili more refertur (v. 60 sqq.),

is poëta esse pauper non videtur. Ex eo autem, quod 'poëmata pangat' Lollius, colligi, Lollium non nisi poëtam fuisse, vetat ipse Horatius:

'Navem agere ignarus navis timet, abrotonum aegro
Non audet nisi qui didicit dare; quod medicorum est
Promittunt medici; tractant fabrilia fabri;
Scribimus indocti doctique poëmata passim.'

(Ep. II. 1. 114 sqq.)

Verum est, versibus 21—36 aliquid novi praecipi. Dictum est, ne esset scurra; vel potius Horatius se non timere dixit, ne foret scurra, praecepit autem ne esset litigiosus. Proxime dicit, ne sit plus aequo deditus veneri, aleae neve, id quod eiusdem rei consequens est et saepissime coniunctum invenitur, nimis cupidus pecuniae²⁾

¹⁾ Rectene interpretatus est Ribbeckius (l. c. p. 157.) 'wenn er auch . . . in Leibesübungen geschickter als Horaz gewesen sein mag'? Nego.

²⁾ Quod fugisse videtur Ribbeckium dicentem l. c. p. 155: „Hunger und Durst nach Silber“ oder wie es gleich darauf tautologisch erklärt wird, „Scham und Flucht vor Armuth“ sind ja gerade das Gegentheil jener Verschwendung. Etenim ei, qui ultra vires libidinosus est, est timendum, ne fiat inops itaque eo quoque fit nimis cupidus pecuniae, quamquam per se, ut se tradere possit voluptatibus, pecuniae cupidus est.

Hoc quoque animadvertas velim, quod dicat:

‘Quem damnosa venus, quem praeceps alea nudat . . .’ Est hoc urbanius et elegantius, quam si dixisset: ‘ne te teneat . . .’; certe variat, id quod est poëtae. Illud Ribbeckio concedendum duco, id quod summatim concessit Lehrsius¹⁾, non verbis coniungi expressis id, quod praecipitur versibus 21—36, cum proximis 1—20. Quaeritur, utrum necesse fuerit addi, quod esset coniunctionis loco necne. Si ‘necesse’, inquires, prorsus negabo; si ‘melius’ vel ‘aptius’: ne hoc quidem concesserim. Etenim si respexeris id, quod legitur v. 37: ‘Arcanum ne que tu scrutaberis’ et q. s., fortasse concedes, addita v. 21. coniunctione quam grammatici vocant, corrumpi Horatii verba. Quamquam negari non potest, Horatium potuisse verba sic struere, ut essent coniuncta cum proximis aptius, etiam nulla vocula, quam grammatici particulam dicunt, adhibita: at non fecit. Id quod scripsit, ferri potest; in quo acquiescendum est criticis.

Quod ad Horatii verba pertinet singula, Ribbeckius, qui idem non solum v. 23, quem Lehrsius olim habuit spurium, retinet nunc, sed etiam v. 24 ut subditicium cecit, Ribbeckius, inquam, vulgati loco ‘Saepe decem vitiis instructor odit et horret’ lectum vult: ‘Sectandis vitiis instructor odit amicus.’ Legitur igitur in Ribbeckii editione (ut pars epistolarum l. I. 17, de qua non disputabo):

- 21. ‘Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat,
- 22. gloria quem supra vires et vestit et unguis,
- 25. sectandis vitiis instructor odit amicus.’

Cur tandem? ‘Argenti sitis famesque’ et ‘paupertatis pudor et fuga’ secum pugnare contendit Ribbeckius, id quod negavi supra. Certe secum pugnat Ribbeckius²⁾, qui l. c. p. 98 dicit haec fere: ‘In codice manu scripto, qui ‘Gothanus’ vocatur, mirum in modum versuum ordinem esse immutatum, perturbatum, mixtum, confusum’, p. autem 155: ‘Non minimo esse momento’, contendit, ‘quod in eodem Gothano libro, extremo in versu (24.), non legatur ‘dives amicus’, sed ‘amicus dives’. Sequitur igitur, ait, ‘dives’, non esse genuinum, spurium esse. Unus-

¹⁾ ‘Aber jenen Charakter des Lockeren, Springenden, Unvollständigen, ungleichmässig Ausgeführten muss man erwarten und anerkennen.’ l. c. p. CLX.

²⁾ „Der Bestand und die Aufeinanderfolge der Verse ist, von ganz wenigen Fällen abgesehen, wo unsere Handschriften in (relativ genommen) Kleinigkeiten (Anordnung zweier unmittelbar auf einander folgender Verse, Auslassung eines einzelnen) differiren, in allen wesentlich dieselbe. Nur im Gothanus herrscht auffallende Verwirrung.“ l. c. p. 98.

„Nun ist beachtenswerth, dass der Schluss des [24] Verses im Gothanus nicht dives amicus lautet, sondern ‘amicus dives’, wodurch dieses als Glossem verdächtig wird.“ l. c. p. 155.

quisque ex eo, quod in Gothano libro versuum ordo mirum in modum et mutatus et turbatus est, veri simile esse colliget, etiam verborum ordinem nonnumquam et mutatum et turbatum esse, at Ribbeckius non ita.

Contra habet difficultatem suam illud 'saepe decem vitiis instructor'. Non offendi debebat Ribbeckius vocabulo 'saepe'; non enim agitur, sitne supervacaneum, sed possitne ferri neque omnino negari potest, amicum ditiores saepe — non semper — paupere plura habere vitia. Difficultatem tibi non offert illud 'decem'. Etenim eadem fere vi et eadem sententia dicit severe hoc loco 'decem', qua alibi iocosius 'mille', velut satirarum lib. II. 3. 325. Restat 'vitiis instructor'. Quod neque accepit neque interpretatus est recte Ribbeckius, si annotat p. 156 „Mit zehn Lastern besser versehen“ soll heißen „zehnmal so lasterhaft“ (decies tanto vitiosior)? Immo 'decem vitiis' non est, quod Ribbeckio visum esse videtur, copiae ablativus, ut grammatici dicunt, sed, mea quidem sententia, ille, qui mensurae vocatur. Itaque interpretandum est non 'mit zehn Lastern besser versehen' sed 'decem vitiis vitiosior', 'wenn sein armer Freund ein Laster hat, hat er deren gleich eilf'. Difficultas igitur oritur ex vocabulo quod est 'instructor', quod non expectasti usurpatum iri ab Horatio sic, ut usurpatum est. Expectasti fortasse 'saepe decem vitiis vitiosior' et quod est generis eiusdem. Itaque hoc tantum concesserim, praeter expectationem dici aliquid ab Horatio, id quod prorsus est Horatii. Quae igitur divinavit Ribbeckius, exemplar quod archetypum vocat, habuisse tantum 'SEIIIIIDIS', quod infelix supplevisset quidam sic 'SEPE DECEM', dum loci tenor postularet et flagitaret illud 'SEC-TANDIS', habeat sibi.

At ne 'horret' quidem (agitur de illo 'odit et horret', quod in eodem versu legitur) probatur Ribbeckio. Credenti 'odit' satis fuisse, concesserim; etenim nihil facit ad rem. At 'horret' omnino dicendum non fuit, si Ribbeckio credis. Cur tandem? Audi ipsum. 'Horrere', ait, 'est actio inferioris erga superiorem, inopis erga potentem, non divitis erga pauperem' ('eigentlich kommt horrere dem Schwächeren, Untergeordneten zu'). Haec mihi esse videtur superstitio docta. Unde enim didicit, quod docet? Leguntur scilicet: v. 11. 'nutum divitis horret', Epist. I. 7. 64 'Neglegit aut horret'; sic et saepius. At legitur epist. I. 17. 39 sqq.

'Hic onus horret,

Ut parvis animis et parvo corpore maius;

Hic subit et perfert.'

Quo ex loco facillime disces, 'horrere' non multum recedere a fugiendi vocabulo. Itaque nihil fere interest inter 'odit et horret'

atque 'fastidit et odit' (epist. II. 1. 22.). Similiter sat. I. 3. 86 'Odisti et fugis'. At Ribbeckius, qui hos versus spurios habuit:

'Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit', inquiet. In Horatii satiris horrendi vocabulum saepius occurrit. Sat. II. 5. 9. 'Quando pauperiem missis ambagibus horres.' Quid me interpretari vetat 'pauperiem odis et fugis'? Sat. II. 3. 323. 'Non dico horrendam rabiem' id est 'rabiem non ferendam, rabiem fugiendam'. Sat. I. 8. 25. 'Pallor utrasque fecerat horrendas aspectu'. 'Quid impedit, quominus explicem, 'pallor utrasque fecerat non ferendas, fugiendas' ('sie waren nicht anzuschauen')? Quamquam id exemplum recedit paululum ab aliis. Ibidem v. 45. 'Horrerim voces Furiarum et facta duarum' ('es war nicht auszuhalten'). Proxime accedit illi 'horrendas aspectu' hoc 'horrentia pilis agmina' (Sat. II. 1. 13.), quo iam loco verbum usurpatur non transitive, ut grammatici dicunt, sed intransitive, uti loquuntur iidem. Quae exempla si respexeris et alia generis eiusdem, quae leguntur apud Ciceronem,¹⁾ neque offenderis illo 'odit et horret' neque concedes Ribbeckio, 'horrere' esse actionem non nisi inferioris erga superiorem, immo:

'Arcanum neque tu scrutaberis illius unquam', inquires, 'quod non est'.

Neque, quod ad Eutrapelum attinet, cum Ribbeckio fecerim, qui persuasum habeat, Eutrapelum fuisse 'lanistam vel mangonem', qui via ac ratione captasset iuvenes, ut faceret pecuniam. Lehrsio²⁾ potius hac in re assentior, qui Eutrapelum habet hominem et urbanum et facetum, religione non summa, cuius fuerit interdum, corrigere insanum ridendo, quo cum Eutrapelo comparaverim equidem Philippum, qui describitur epist. I. 7, 46 sqq.

„Strenuus et fortis, causisque Philippus agen'is
 Clarus . . (78 sqq.) Videt ridetque Philippus,
 Et sibi dum requiem, dum risus undique quaerit,
 . . . persuadet, uti mercetur agellum.

Idem Lehrsius v. 36 sequi iubet statim et proxime versus 72—75 et sibi concessum vult, versibus 72—75, positis ibi, ubi sint traditi, corrumpi, quae cohaerent necessario. Non contendo, versus 68—71

¹⁾ Velut de off. I. 25. 86 'quae (pestifera bella civilia) gravis et fortis civis et in re publica dignus principatu fugiat atque oderit'. Laetius XIII. 47 'quae (virtus) necesse est cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur et oderit'. Id. XXIII. 87. 'si quis asperitate ea est et immanitate naturae, congressum ut hominum fugiat atque oderit'.

²⁾ I. c. p. CXC sq. 'Eutrapelus ein kluger Weltmann von überlegenem Humor und nicht zu engem Gewissen, dem es mitunter Vergnügen machte, einem Narren auf die Bahn zu helfen'.

cohaerere sic necessario-cum versu 76 sq., ut non possint omnino interponi v. 72—75. Immo concesserim, quod concesseram supra, quod de epistolis summatim concesserat Lehrsius ipse, non coniungi verbis praecepta singula expressis: paulo laxius edi. Unde fit, ut vir doctus alius alio loco legere potuerit, quae singula Horatius praecipit Lollio; necessitatem autem versuum ordinis mutandi non video. Haec hactenus. —

Quod ad rem atfinet, legit Lehrsius, non ut traditur, 74 sq.:

‘Ne dominus pueri pulchri caraeve puellae
Munere te parvo beet aut incommodus angat’,

sed, ut emendare sibi visus est:

‘Ne dominus pueri pulchri grataeve puellae
munere te caro beet aut incommodus angat’.

Cur tandem? ‘Parvum munus’ Lehrsius accipit, quasi sit dictum ex sensu eius, qui donum dat, divitis amici. Cur, ait Lehrsius, illud donum habet parvum patronus praesertim sordidus, restrictus, tenax (‘knickerig’)? Ecce superstitionem quam voco doctam! Unde scit, Lollii amicum divitem fuisse eundem sordidum et restrictum? Accedit, quod minime est necesse, illud ‘parvum donum’ sic intelligas, ac sit pronunciatum ex sententia divitis amici: immo illud recte interpreta-beris ita, ac si ex Horatii ipsius sensu sit dictum. Qui dicit sat. I. 3. 11 sq. ‘habebat saepe ducentos Saepe decem servos’.

‘Beet’ autem cum ironia et dissimulantia est dictum, ‘damit er dich mit dem Pappenstiel nicht glücklich mache’. Illud ‘incommodus angat’ fortasse explicabis rectius, si ad satirae libri primi secundae spectaveris finem, quamquam inter utrumque locum hoc interest maxime, quod hic de ancilla agitur, illic de uxore aliena.

Versus 58—64 non potuit, quin suspectos haberet Lehrsius. Hoc concesserim, si rursus de venando cogitaret poëta, dicens ‘ac ne te retrahas et inexcusabilis absis’, esset, quod tollere velles. Sed fortasse versus, de quibus agitur, imprimis v. 58 ‘ac ne te retrahas’ et q. s., non ad venandum spectant sed ad ludum quendam militum, quem nostri aevi Galli ‘manoeuvre’ vocant. Dicit fortasse haec: ‘Ne te retrahas, si instituitur ludus quidam militum vel maritimus, qui ludas interdum ipse simili modo in rure paterno et lacu’. Itaque illi ‘ne te retrahas’ et q. s. subaudiendum est: si militum ludus quidam instituitur. Id scripsi, priusquam legi, quae scholia vocantur. Quae inveni, faciunt mecum. Leguntur enim haec: ‘Ac ne te retrahas . . . Sensus hic est: Noli, inquit, te recusare et denegare ludenti amico. Non enim excusare te potes quod ipse numquam luseris praec-

sertim' et q. s. Itaque si dicit 'ac ne te retrahas et q. s.', non cogitare videtur de venando, sed nescio de quo ludo et quae Lehrsio difficultatem afferre visa sunt, omnino non sunt.

Versus, qui statim sequuntur 65 sq.

'Consentire suis studiis qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum',

cohaerent cum proximis versibus 58—64 ita, ut cohaerentia rumpantur si, Lehrsio auctore, inter versum 64 et 65 interponis versus 89—93 'Oderunt hilarem et q. s.'

Quod ad philosophiam spectat — cogito de versibus 96—103 — nemo fortasse desideraret aliquid, si exstaret hoc tantum:

96. 'Inter cuncta leges et percontabere doctos,
97. Qua ratione queas traducere leniter aevum:
104. Me quotiens reficit gelidus Digentia rivus
105. Quem Mandela bibit rigosus frigore pagus;
106. Quid sentire putas et q. s.'

Hoc etiam addam. Quomodo cohaeret illud [100] 'Virtutem doctrina paret naturane donet'¹⁾ cum v. 97. 'Qua ratione queas traducere leniter aevum'?²⁾ Certe non ita, quam cohaerent cum eodem v. 97, v. 101 sqq. 'Quid minuat curas, et q. s.' Neque offendor illo 'num', quod interpretor 'ob dich nicht etwa'; subaudiendum fere 'videto'.

Cum his versibus quodam modo comparari possunt, qui leguntur apud eundem Horatium epist. I. 12. 15 sqq.

. . . 'sublimia cures:

Quae mare conpescant causae; quid temperet annum;
Stellae sponte sua iussaene vagentur et errent et q. s'.

Illic sunt quaestiones, quas instituunt philosophi, qui de ethicis quaerunt. Hic habes quaestiones, quae ad philosophiam spectant quam

¹⁾ Conferendum ante omnia Platonis Menon. init. Ἐχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἀρχὴ διδασκτὸν ἢ ἀρετὴ; ἢ οὐ διδασκτὸν ἀλλ' ἀσκητὸν, ἢ οὔτε ἀσκητὸν οὔτε μαθητὸν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις ἢ ἄλλω τινὶ τρόπῳ; cum fine Σώ; ἐκ μὲν τοίνυν τούτου τοῦ λογισμοῦ, ὦ Μένων, θεῖα μοίρα ἡμῖν φαίνεται παραγιννομένη ἢ ἀρετὴ οἷς παραγίγνεται.

²⁾ In mentem venit Cicero de off. II. 2. 5. 'Quid enim est, per deos, optabilius sapientia, quid praestantius, quid homini melius, quid homine dignius? . . . nam sive oblectatio quaeritur animi requiesque curarum, quae conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum, sive ratio constantiae virtutisque ducitur, aut haec ars est aut nulla omnino, per quam eas adsequamur.'

vocant naturalem. Quibus comparatis de versibus 96—104 sic divina-verim: Horatium scripsisse primum:

96. 'Inter cuncta leges et percontabere doctos,
 97. Qua ratione queas traducere leniter aevum:
 104. Me quotiens reficit et q s.'

Deinde, respectis fortasse epist. I. 12 versibus, quos citavi, interposuit et supplevit aut Horatius aut quidam alius versus 101, 102, 103, tum 98 et 99, denique v 100, qui, ut dixi, maxime recedit a versu 97, quocum versu cohaerere debuit melius. Hoc tantum ex coniectura: quod de via ac ratione dixi, quomodo cohaerent singuli versus cuiusque essent notae, etiamsi Horatiani, pro certo habeo.

Versus 104 sq. cohaerent cum versibus, de quibus modo scripsi sic, ut docuit Lehrsius ('Und fragst du bei dieser Gelegenheit nach meiner Philosophie?'). Subaudiendum est: 'Mihi crede'.

Restat, ut pauca, quae suo loco afferri non apte potuerunt, nunc addam.

11. Sic nutum divitis horret.] Huic loco non quadrat ea vis vocabuli, quam ceteris convenire demonstrare studui, ut esset 'horrere' idem quod 'non ferre', 'non pati', 'fugere'. Bentleyus contulit Cic. Parad. V. 39 'quem nutum locupletis orbi senis non observat? loquitur ad voluntatem, quidquid denunciatum est facit, adsectatur, adsidet, muneratur'. Hoc et alia attulit ad tuendum 'nutum'. Quid autem est 'nutum horrere?' Legitur apud Ciceronem de or. II. 45. 188: 'Haec sunt illa, quae me ludens Crassus modo flagitabat, cum a me divinitus tractari solere diceret et in causa M' Aquilii C. Norbani non nullisque aliis quasi praeclare acta laudaret, quae mehercule ego, Crasse, cum a te tractantur in causis, horrere soleo: tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis, vultu, gestu, digito denique isto tuo significari solet; tantum est flumen gravissimorum optimorumque verborum, tam integrae sententiae, tam verae, tam novae, tam sine pigmentis fucoque puerili, ut mihi non solum tu incendere iudicem, sed ipse incensus esse videaris'. Haec tertia igitur vocabuli horrendi vis est; etenim hoc loco neque idem est, quod 'non pati, non ferre, fugere' neque eam vim habet quam grammatici intransitivam vocant ('horrentia pilis agmina'), sed idem fere est, quod 'intueri aliquid', etiam 'admirari aliquid' vel, si usus eris loco Bentleyi opera allato, dices 'nutum horret' idem fere esse quod 'nutum observat'.

Si quem offenderit, quod idem 'horrere' usurpetur eiusdem epistolae loco alio alio modo (v. 11 et v. 25) respiciat velim, quae leguntur apud Plautum (Menaechm. Prolog. 19 sqq.)

'Ita forma simili pueri, uti mater sua
Non internosse posset quae mamam dabat,
Neque adeo mater ipsa quae illos pepererat',

ubi idem vocabulum, quod est 'mater', primo loco interpretandum 'Amme', secundo autem 'Mutter'. Quod spectat ad voces 'Thraex' (v. 36), 'Cantabrica bella' (v. 55), 'Parthorum signa' (v. 56), 'Dente Theonino' (v. 82), 'Mandela pagus' (v. 105), recte consules scholia quae vocantur.

Versu denique 46 cum Lehrsio, qui, Bentleio auctore, scribit 'Aetolis' facio, non cum Ribbeckio, cui placuit 'Aeoliis'.

§ 4.

Totius autem epistolae brevis summa est haec:

Non erit scurra neque litigiosus (1—9), quorum uterque describitur (10—14, 15—20). Non certabit cum divite amico vitiiis (21—31), id quod quodam modo illustratur exemplo (31—36). Illius arcana non scrutabitur (37), teget commissum (38). Ad amici studia accomodabit sua (39, 40), imitatus exemplum Amphionis et Zethi fratrum (41—44): velut cum amico venabitur (45—49), praesertim validus (50, 51) et fortis (52—57), velut cum amico ludet (58), praesertim cum interdum ludat ipse (59—64), id quod probatur argumento (65—66). Haec quoque monet (67): quo utatur videbit (67, 68); percontatorem omnino fugiet (69—71), domini ancillam non venabitur (72—75), quorum utrumque probatur argumentis. Qualem commendet, etiam videbit (76), quod probatur argumentis (77—88). Quamquam eius modo amicitia omnino non nimis est petenda (86, 87), tamen necessitate commotus eam colere et servare studebit (88). Itaque ad amici mores accommodabit suos (89—93), morosus omnino non erit (94, 95). Ante omnia evolvit assidue philosophorum libros, qui de amicitia agunt deque beate vivendo (96—103). Fortasse evadet, ut Horatius, contentus et suo et parvo (104—112).

Scripti Vindobonae anno MDCCCLXXII.

Eduard Brand.

Meteorologische Beobachtungen in Bielitz.

Zusammengestellt von

Professor Karl Kolbenheyer.

Die meteorologischen Beobachtungen wurden auch in diesem Jahre ununterbrochen fortgesetzt, und zwar in dem früheren Locale in dem Schulhause der israelitischen Cultusgemeinde; den thätigsten Antheil nahm daran Herr Adolf Piffl, Sohn des Schuldieners der genannten Anstalt.

Im vorjährigen Programme hatte ich p. 44 einerseits mit Zugrundelegung eines Mittels aus 11 monatlichen Beobachtungen der k. k. Centralanstalt für Meteorologie und Erdmagnetismus in Wien, andererseits durch barometrische Messungen auf dem hiesigen Bahnhofe, dessen Seehöhe Kořistka im Anschlusse an die nächsten Triangulierungspunkte bestimmte, und dem nahen Lipniker Hügel zu 331·29, respective 331·1 und 331·0 Metern berechnet. Da nun aber nach dem 10. Bande der neuen Folge der Jahrbücher der Centralanstalt p. X die Seehöhe des Normalbarometers in Wien nach einem neuen Nivellement von 194 auf 197·29 Meter gestiegen ist, so müsste an der ersten der oben angeführten Höhenbestimmungen eine Correction von $- 3\cdot29$ Metern angebracht werden; das so erhaltene Resultat wäre aber offenbar viel zu hoch, weil es von den beiden anderen Werthen so sehr abweicht, es war also, da insbesondere die in dem erwähnten Jahrbuche p. VI. angegebene Seehöhe unserer Station gänzlich unbrauchbar ist ¹⁾, eine neue Berechnung erforderlich. Den Nachweis der dazu nöthigen Daten verdanke ich der Güte des Herrn Prof. Dr. Karliński, Director der k. k. Sternwarte in Krakau.

Sämmtliche neuern Höhenbestimmungen in Oesterreich, darunter auch die neue für die meteorologische Centralanstalt in Wien, basiren auf der im ersten Drittel dieses Jahrhunderts ausgeführten Triangulierung und beziehen sich auf das mittlere Niveau des adriatischen Meeres zwischen Aquileja und Fiume. Behufs Verbindung mit der russischen Reichsvermessung wurde sodann in den Jahren 1847—51

*) Die dort angegebene Zahl 166 beruht zweifelsohne auf irrthümlicher Uebertragung der Seehöhe der früheren meteorologischen Station in Biala, deren Seehöhe 166 Toisen = 323·5 Meter betrug, auf die unsrige.

eine Verbindungs-Triangulierung ausgeführt, welche aber eine kleine Differenz zeigte. Es gibt nämlich für das so ziemlich in der Mitte zwischen dem adriatischen Meere und der Ostsee gelegene Krakau (Nullpunkt des Barometers auf der k. k. Sternwarte)

die österr. Triangulierung ¹⁾ 110·65 Toisen = 215·66 Meter

„ russische „ 112·41 „ = 219·08 „

Differenz 1·76 Toisen = 3·43 Meter.

So lange nun kein vollständiges geometrisches Präcisionsnivelement zwischen den beiden Meeren ausgeführt ist, welches uns über die Ursache dieser Differenz zwischen den beiden sonst musterhaft durchgeführten Arbeiten aufklärt, bleibt nichts anderes übrig, als das Mittel aus denselben zu nehmen. Das Nivellement der Kaiser Ferdinands-Nordbahn ist nämlich, weil es bloß ein Stück im Binnenlande umfaßt, nicht ausreichend; nach demselben liegen ²⁾ die Schienen im Bahnhof in Krakau 108·66 Wiener Klaftern über dem Meere; da nun aber der Nullpunkt des dortigen Barometers um 2·84 Wiener Klaftern höher liegt, so würde die Seehöhe desselben nur 111·50 Wiener Klaftern betragen statt 111·53 Toisen = 114·62 Wiener Klaftern, welche das Mittel aus beiden Triangulationen ergibt. Dieses wird aber glänzend bestätigt durch Vergleichung der gleichzeitigen 2 Uhr-Beobachtungen — die andern können nämlich als nicht gleichzeitige (in Krakau wird um 6 Uhr Früh und 10 Uhr Abends, in Wien dagegen um 7 und um 9 Uhr beobachtet) ohne Correction nicht berücksichtigt werden — wie sich aus dem Folgenden ergibt.

Das Mittel der 2 Uhr-Beobachtungen betrug für den Zeitraum vom 1. Juli 1873 bis 1. Juli 1874

in Wien 744·959 Millim. und 13·11 °Cels.

„ Krakau 743 163 „ „ 11·59 „

„ Bielitz 732·955 „ „ 11·28 „

Mit Benutzung der Bauernfeind'schen Tafeln, deren Constante = 1·0043 × der Gaussischen ist, ergeben diese Elemente für Krakau-Wien eine Höhendifferenz von + 20·105 Metern, also bis auf 0·025 Meter übereinstimmend mit der Differenz, die man erhält, wenn man für Wien die Seehöhe mit 197·29 und für Krakau nach dem Mittel beider Triangulierungen mit 217·37 Metern annimmt, ferner

Bielitz—Wien = + 135·29 Meter } $\Delta = 20·40$ Meter
 Bielitz—Krakau = + 114·89 „ }

¹⁾ Bericht des Dir. v. Littrow über die österreichisch-russische Verbindungs-Triangulierung, in den Denkschriften der k. k. Akademie der Wissenschaften in Wien, 1853, mathem.-naturwissenschaftliche Classe, Band 5.

²⁾ Sitzungsberichte der k. k. Akademie der Wissenschaften in Wien, XXII. Band, p. 648.

daraus folgt als Seehöhe für Bielitz

per Wien 332·58 Meter

„ Krakau 332·26 „

Mittel 332·42 ± 0·16 Meter.

Berücksichtigt man noch den Dunstdruck, der für diesen Zeitraum nach den Beobachtungen für Wien und Krakau 7·2 Millim. im Mittel beträgt, so erhält man

Krakau—Wien = + 20·18 Meter

Bielitz—Wien = + 135·77 „

Bielitz—Krakau = + 115·30 „

} Δ = 20·47 Meter

daher Bielitz per Wien = 333·06 Meter

„ „ Krakau = 332·67 „

Mittel = 332·87 ± 0·20 Meter.

Da nun die geogr. Breite von Bielitz nur um wenige (15) Minuten verschieden ist von der Krakaus, so wird man nicht fehl gehen, wenn man auch bei uns an sämtliche im Anschlusse an benachbarte Triangulierungs-Punkte ausgeführte Messungen die Correction von + 1·71 Meter = dem Mittel aus dem Unterschiede der beiden Triangulierungen anbringt. Thut man dies bei den beiden andern Eingangs erwähnten Bestimmungen der Seehöhe unserer Station, so erhält man für dieselbe 332·81 und 332·71 Meter, Werthe, die besser mit der über das nähere Krakau als über das entferntere Wien gefundenen Höhe stimmen. Am sichersten wird sich daher die Seehöhe unseres Barometers aus folgender Zusammenstellung ergeben:

Bielitz, meteor. Station per Krakau 332·67 Meter

„ „ „ „ Lipniker Hügel . 332·71 „

„ „ „ „ Bielitz, Bahnhof 332·81 „

Mittel = 332·73 Meter

wobei der Fehler ± 0·1 Meter kaum übersteigen dürfte.

I. Barometerstand

in Millimetern und reducirt auf den Nullpunkt des Normal-Barometers der k. k. Central-Anstalt für Meteorologie und Erdmagnetismus in Wien.

	Morgens 7 (8)	Nach- mittags 2	Abends 9 (8)	Mittel	Höchster Stand	Datum	Tiefster Stand	Datum	Differenz
Juli 1874	733.84	733.32	732.93	733.37	738.61	3.	725.28	25.	13.33
August	731.64	731.27	731.21	731.37	738.81	20.	724.74	6.	14.07
September	734.78	734.37	733.91	734.36	741.53	15.	723.48	12.	18.05
October	734.49	733.72	734.26	734.13	744.34	26.	721.17	3.	23.17
November	730.64	729.82	730.20	730.22	744.57	9.	713.76	20.	30.81
December	724.78	724.40	725.34	724.84	738.95	28.	712.57	9.	26.38
Januar 1875	732.81	732.60	733.00	732.81	744.90	28.	711.07	22.	33.83
Februar	732.26	731.82	731.71	731.93	741.81	1.	721.07	4.	20.74
März	733.32	732.89	733.35	733.19	742.60	15.	718.59	20.	24.01
April	731.07	730.79	730.92	730.93	737.70	14.	721.87	21.	15.83
Mai	733.05	732.90	732.85	733.94	740.34	12.	724.77	30.	15.57
Juni	731.98	731.50	731.88	731.77	737.16	23.	726.54	27.	10.62
Jahr	732.055	731.617	731.047	731.905	744.90	28. Jan.	711.07	22. Jan.	33.83

II. Gang der Wärme in Graden Celsius.

Beobachtungsstunden in Juli bis November und April bis Juni: 7 Uhr, 2 Uhr, 9 Uhr; December bis März: 8 Uhr, 2 Uhr, 8 Uhr.

	Morgens 7 (8)	Nachmittags 2	Abends 9 (8)	Mittel	Maximum		Minimum		Monatliche Differenz	Mittl. Temperatur eines Tages		Differenz an einem Tage					
					Grade Celsius	Datum	Grade Celsius	Datum		höchste	Datum	tiefste	Datum	grösste	Datum	kleinste	Datum
Juli 1874	17.41	24.43	18.44	20.10	30.4	4	12.9	1.	17.5	24.16	30.	16.5	26.	13.1	4.	1.5	26.
August	14.64	18.79	14.80	16.05	28.9	14.	8.3	25.	20.6	22.4	14.	9.8	24. u. 25.	11.0	3.	0.7	10.
Septbr.	14.50	21.20	15.06	16.92	28.8	3.	6.5	15.	22.3	23.9	4.	10.3	14.	11.8	23.	4.2	13
October	8.83	14.43	9.73	11.00	25.9	1.	-0.7	28.	26.6	20.9	1.	2.7	31.	11.8	7.	0.7	10.
Novbr.	-0.84	+2.22	-0.20	+0.39	11.1	1.	-5.1	29.	16.2	5.7	1. u. 30.	-3.0	27.	10.9	10.	0.3	19.
Decbr.	-0.92	+0.37	-0.96	-0.51	11.6	1.	-7.1	29.	18.7	9.7	1.	-6.5	29.	5.9	19.	0.8	8.
Jan. 1875	-1.73	+0.28	-1.01	-0.80	10.1	21.	-16.5	2.	26.6	8.9	21.	-15.6	2.	12.1	3.	0.5	14.
Februar	-9.25	-5.28	-8.15	-7.53	3.4	3.	-19.4	24.	22.8	1.6	3.	-13.6	24.	9.4	24.	0.5	5.
März	-4.00	+0.68	-2.08	-1.80	8.9	9.	-11.4	4.	20.3	6.9	9.	-8.2	3.	13.2	27.	1.2	11.
April	4.39	8.69	3.29	5.46	17.6	21.	-1.5	13.	19.1	13.2	21.	-0.2	14.	10.9	28.	0.5	3.
Mai	11.33	16.32	11.70	13.13	22.3	23.	3.3	2.	19.0	19.5	19.	5.8	2.	9.8	18.	1.6	1.
Juni	18.83	23.02	18.10	19.98	30.9	24.	12.7	10.	18.2	26.2	24.	15.1	9.	10.5	10.	0.8	8.
Jahr	6.05	10.43	6.56	7.69	30.9	24. Juni	-19.4	24. Febr.	50.3	26.2	24. Juni	-15.6	2. Januar	13.2	27. März	0.3	19. Nov.

III. Witterung und Niederschläge.

	Anzahl der Tage, an denen beobachtet wurde											Niederschlagsmenge in Millimetern		
	Ansiht des Himmels			Regen	Schnee	Nebel	Reif	Thau	Gewitter	Wetter- leuchten	Graupen	Summe	Grösste Menge	Datum
	heiter	wolkig	trüb											
Juli 1874 . . .	2	28	1	12	—	2	—	—	4	1	—	75.9	18.8	24.
August . . .	1	25	5	17	—	—	—	—	6	2 ¹⁾	—	113.0	51.7	10.
September . . .	3	27	—	8	—	—	—	—	1 ²⁾	—	—	31.1	8.9	11.
October . . .	5	23	3	7	—	—	—	—	—	—	—	31.1	13.8	4.
November . . .	4	13	13	1	14	8	—	—	—	—	—	79.4	24.5	27.
Dezember . . .	—	15	16	2	14	3	—	—	—	—	—	91.0	41.5	18.
Januar 1875 . .	—	20	11	8	10	—	—	—	—	—	—	56.5	11.5	10.
Februar . . .	3	17	8	—	14	1	—	—	—	—	—	67.7	24.8	7.
März . . .	2	19	10	2	14	—	—	—	—	—	—	29.0	5.4	24.
April . . .	2	21	7	13	2	—	—	—	—	—	—	65.0	20.4	2.
Mai . . .	—	28	3	16	—	—	2	9	3 ³⁾	2 ³⁾	2	94.5	13.2	23.
Juni . . .	1	28	1	17	—	1	—	—	12	3	1	94.2	21.0	16.
Jahr . . .	23	264	78	103	68	15	2	9	26	8	3	828.4	51.7	10. Aug

1) Letztes Wetterleuchten im Herbst 1874 am 18. August.

2) Letztes Gewitter im Herbst 1874 am 5. September.

3) Erstes Gewitter im Frühjahr 1875 am 8. Mai, erstes Wetterleuchten am 21. Mai.

Schulnachrichten.

A. Zur Geschichte des Gymnasiums.

In Folge Allerhöchster Entschliessung vom 2. Juni 1874 wurde die Erweiterung des bisherigen Untergymnasiums zu einem Obergymnasium Allergnädigst bewilligt und deshalb mit Beginn des eben abgelaufenen Schuljahres am 1. October v. J. die fünfte Classe eröffnet.

Zu gleicher Zeit verliess das Gymnasium die zu seiner Unterbringung gemietheten Räume, um in das neue, eben so schön ausgeführte, als reizend gelegene Gebäude überzusiedeln, dessen weite und lichte Räume mit der nach neuern Mustern angefertigten geschmackvollen Classeneinrichtung allen Anforderungen entsprechen. Wohl kostet der grossartige Bau, der, wenn er beendet sein wird, auch die Oberreal- und k. k. Gewerbeschule aufnehmen soll, der Commune Bielitz manches Opfer, aber sie hat das Verdienst, eines der schönsten und umfangreichsten Schulgebäude im weiten Umkreis errichtet zu haben.

Da die bisher am Gymnasium wirkenden Lehrkräfte zu der Erweiterung zum Obergymnasium nicht ausreichten, so war schon mit Ministerial-Erlass vom 22. Februar d. J., Z. 1744 (intim. durch Erlass des k. k. Landesschulraths vom 25. Febr. d. J., Z. 629,) der supplirende Lehrer Dr. Eduard Brand in Czernowitz zum wirklichen Gymnasiallehrer von 1874/75 ab ernannt worden. Ausserdem wurde der geprüfte Lehramtsandidat Josef Kanamüller mit Erlass des Landesschulraths vom 5. October, Z. 3367, als Supplent, jedoch schon mit Ministerial-Erlass vom 23. November 1874, Z. 16508 (intim. durch Erlass des Landesschulraths vom 26. Nov., Z. 4168), als wirklicher Gymnasiallehrer angestellt.

Als Religionslehrer wurden mit Erlass des Landesschulraths vom 5. Nov. v. J., Z. 3575, für die katholischen Schüler der Stadtcaplan Josef Biolak, für die israelitischen der Prediger Dr. Glaser aus Lipnik, an Stelle des verstorbenen Dr. Frankfurter, eines Mannes, der durch Gelehrsamkeit, Humanität und Ehrenhaftigkeit hoch geachtet, und dessen Verlust deshalb auch für die Lehranstalt zu beklagen war. Erst mit Beginn des Jahres 1875 konnte für die evangelischen Schüler der Superintendential-Vicar Hargesheimer in Biala gewonnen werden.

Wie früher, ertheilten Unterricht im Französischen der Reallehrer Julius Lutsche, in der Kalligraphie der Gymnasialprofessor Karl Kolbenheyer. Später wurde auch die Erlaubniss zur Ertheilung von Turn-, Gesang- und Zeichenunterricht gegeben und für das letztere Fach der Professor an der k. k. Gewerbeschule, Santo Passo, für den Gesang der Musiklehrer Meyer, für das Turnen der Uebungslehrer der Lehrerbildungs-Anstalt, Karl Kreiss, mit Erlass des Landesschulraths vom 21. Dec., Z. 4312, als Lehrer genehmigt. — Eine Aenderung in diesem Personalstande trat nur durch den Abgang des Reallehrers Lutsche im II. Semester ein, für welchen dann Dr. Bränd den französischen Unterricht übernahm.

